82

Radij em̄ sic repcussi circa corp⁹ illō se mul
tiplicant et ibi maximū calorem generant
Unde semper maior calor est iuxta parie=
tem q̄ in campo Et eadem de causa maior
in valle q̄ in monte quia in valle radij de=
tinentur ne transeant cum in monte deti=
neri non valeant. Et propter eandem eti
am causam maior est calor estatis q̄ hiemis
quia in hieme radij cadunt super terram
quasi ex latere et vltra transeunt et nō ibi
subsistunt. Sed estate ē solis ad cenith ca=
pitis nostri recta positio. vnde radij sola=
res cadunt quasi dymetraliter super terraz
et sic ibi subsistunt nec vltra procedūt pro
pter quod calorem efficiunt. Sic iohannes
tanq̄ lux spiritualis sua sanctissima vita et
doctrina multorum corda frigida inflamma
uit in quibus calor vel ignis diuini amoris
fuit extinctus Quod sic patet secundum au
g⁹. de trini. et philosophum. iij. de anima.
Nihil amatur nisi cognitum Et secundum
mensuram cognitionis mensuratur amor.
Exemplu; de lapide precioso Ut ergo nos
redderet feruidos in dei dilectione plures
conditiones perfectas et nobiles ipsius no
bis manifestauit. Cum enim essemus pecca
tis inuoluti et possemus diuidere an tanta
possent dimitti venit iohānes et ostendit
ab eo posse dimitti quem predicabat dicēs
eū deū cui omnia possibilia sunt. Sz vtrū
vellet in questione erat. Ostendit ergo io=
hannes q̄ vellet dicens eum sponsum et a
micum Sed forsitan poterat crimen graui
adustione curari si vellet. ideo addidit q̄ ē
agnus dei cum mansuetudine veniens et
solo verbo iustificans ip̄m. Quo ergo de⁹
est potest dimittere peccatum quia ei⁹ po
tentia est infinita. peccatum autem nostrū
est finitum. vnde potest in infinitum plus
dimittere q̄ omnes nos peccare. verum qz
amicus est vult et delectatur dimittere.
Nam quelibet res delectatur in sua pro=
pria operatione sicut oculus in videndo
auris in audiendo sed nihil est adeo propri
um vel nullum opus est ita proprium ipsi
deo sicut et parcere secundum aug⁹. primo
de ciuitate dei ergo vult et delectatur di=
mittere. imo non potest non velle sicut sol
non potest non illuminare et ignis arde=
re. Sed quia est agnus mansuetus hoc fa=
cit quia non legitur aliam grauiorem peni
tentiam penitentibus iniunxisse q̄ vade et
amplius noli peccare.

.xcj. Sermo ad clerum in capitulo.
Sermo quartus.

MAne techel phares.
dan̄. iij. Uerba propo
sita mistice ad intelle
cta ad tria potuerūt
deseruire. Primo nā
qz deseruiunt ad p̄di
catores verbi dei ali
qualem ammonitōez
Scd̄o ad bti ioh. bap.
venerabilem cōmendationem. Tercio ad
electionis canonice moralem instructionez
Qualiter autem primo deseruiant sciendū
quia secundum philosophum in libello se=
cundo de motibus aīalium. Omne quod mo
uetur ab aliquo immobili sustentatur. Cum
igitur in quolibet predicatore inuenient^a
tria mobilia scilicet verbum predicationis
in auribus foris sonans et scientia interius
intellectum informans et intentio mobilis
inter vtrunqz fluctuans. in eodem necesse
est tria stabilia inueniri videlicet veritas
substrata locutioni ne per falsitatem deci=
piat. Caritas substrata cognitioni ne p va
nitates superbiat Sciētia enim inflat vt
patet. j. Cor. viij. Et gratia substrata inten
tioni ne per obliquitatem inficiat. Requi=
rit igitur predicator verbi dei eloquentiaz
innixam veritati et scientiam innixam cari
tati et intentionem innitentem gratie in=
firmitati. Primum appropriate dat filius a
patre intellectuali intelligentia genitus
cum sit via recta qua proficim⁹ veritas fir=
ma qua non erramus vita pura qua in iti=
nere non deficimus. Secundum dat spiri=
tussanctus ab vtroqz volitiua potentia in
spiratus cum sit bonitas ad quam moue=
mur caritas qua diligimur clementia qua
recipimur. Tercium dat pater auctoritati=
uum principium vtriusqz cum sit brachium
quo sustentamur potentia qua bene opera
mur. et brauium quo eternaliter premia=
mur iuxta illud iohannis decimoquarto.
Domine ostende nobis patrem et sufficit
nobis etcetera. Hec autem tria in verbis
propositis per ordinem designantur. Pri=
mum notatur cum premittitur Mane id est
numerus per quod veritas et sapientia in=
telligitur sicut habetur Ecc. iij. Arenam ma
ris et pluuie guttas et dies seculi quis di=
numerauit. Et q̄ hoc de sapientia intelli=
gat patet de hoc quod subdit quasi expo=
nens quod dixerat Sapientiā inquit dei
p̄cedentem oīa quis inuestigauit. Scd̄m
notatur cū subdit^r. Techel qd̄ interp̄tatur
pond⁹ vł statera p quā itelligo caritatē q̄
ē pond⁹ aīe ip̄az suauit̄ iclināns. vn̄ aug. xv.
confessz. Amor meus pondus meū eo feror

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-v-105/0161
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt